

Gö.
H. 5

96, 2, C

Orationes **SYLVERSTAINIANAS**

die XXI. Jun. MDCCCXLI.

hora IX. antemeridiana

in Gymnasii auditorio primae classis habendas

i n d i c i t

Carolus Theophilus Anton,

Philos. Doct. et Artium liberal. Mag. Theol. Baccal., Professor regius, Gymnas. Rect. etsoc. lat. Jenens. nec non societ. lit. sodal. honor. atque in soc. theotisc. Berol. cooptatus.



Comparatur mos recens hieme expulsa aestatem cantu salutandi
cum similibus veterum moribus.

Particula III.

Gorlicii,
ex officina Heinziana.

1841

980
5(1841)



ut oportet. Iamque istud in iambis amoenissime animabundis
monotomis etiam sonus amplius apud modum pauciorum enim sonorum
est in illis ordinibus. Quia si sicut in iambis est in chelidonismate
cum sequitur αὐτὸς λόγος Λύτρα περιπλανάσθησθε τοῦτο
nisi tempore in iambis et iambicis non hunc modo disponatur.
Istud quod dicitur, emendat alio modis, ut in iambis

Dum nos accingimus ad dissertationem de quibusdam Graecorum cantilenis popularibus, quas comparavimus cum iis, quae hodie in ore puerorum puellarumque sunt, persequendam, antequam ad Eireniesen Homericam quam dicunt, interpretandam accedimus, pauca de chelidonismate nuper a nobis explicato addere nobis in animo est. Recepit enim illud carmen recentissimo tempore F. G. Schneidewinus Gottingae 1839. in delectu poetarum iambicorum et melicorum graecorum, pag. 465. inter scolia et cantilenas populares, ac breves annotiunculas subjecit, ex quibus lectio τυρῶ pro τυροῦ v. 9., quia dorica forma est, probanda esse videtur, minus altera ab eo allata: τυρῶν, quae tamen concinnitatis caussa conveniens iis habenda est, qui legunt: τυροῦ τε κάνιστρον καὶ πυρῶν, genitivo pluralis numeri, ita ut uterque genitivus ejusdem numeri sit. Nos vero singularem τυροῦ vel τυρῶ et πυρῶν, accusativum, ita ut ex ἀπωθεῖται pendeat, praeferendum putamus. Cfr. hujus dissertationis partic. II. p. 4. 5. 7. 8. Versu 14. τὸ ὑπέρθυρον Schneidewinus in θύπερθυρον contraxit. Versum 17., quem nos ex librorum auctoritate ita dedimus:

Ἄν δὴ φέρης τι, μέγα γε δὴ τι καὶ φέροις.

ita exhibet:

Ἐὰν φέρης δέ τι, μέγα δὴ τι καὶ φέροις.

et addit, Dindorium ita correxisse, alias autem sine καὶ, quod modestum fuisse Ilgenio partic. II p. 10. jam diximus, at nobis non ita videri, ultima sic legere: δὴ τι (vel τοι) φέροις.

Ceterum de his cantilenis vulgo decantatis praeter Zelliūm jam supra (part. II. p. 3.) laudatum videndum est Herm. Koesterus de cantilenis popularibus veterum Graecorum, Berolini MDCCXXXI, et Bernhardy in hist. litt. gr. I. 53. sqq. Koesterus l. l. pag. 73.—76.

Rhodiorum chelidonisma exhibet¹⁾ et breviter explicat, praecipue metrice artis rationem habens, qua plane neglecta hanc cantilenam a Meursio (in Graeciae feriatae s. de festis Graecorum libro VI. in Gronovii thes. graec. antiqu. Vol. VII. pag. 863. 864.) datam esse, dicit, quamquam etiam apud hunc in singulos versus digestam reperis. Idem jure quae de ejus metrica forma Ilgenius protulit (cfr. particula I. pag. 21. 22.), quum longius a codicum scriptura recedant, negat probanda esse, et omnino ionicum rhythmum huic carmini convenire. Quae vero ipse de metro dicit, nobis altius repetita esse videntur, et quum quod apud nullum lyricae poesis artificem invenitur, eo excusare studet, quod alia ars metrica sit Pindari, alia Anacreontis, alia denique puerorum, hoc quidem non multum valere potest. Quare persuasi, Hermannum in elementis doctr. metr. 1816. p. 461. (cfr. partic. I. p. 22.) metrum anapaesticum recte agnoscisse, quod tamen Koesterum, qui hujus rei nullam facit mentionem, fugisse videtur, nolumus addere, quae hic de metro diligentius disseruit.

Sed carmine de hirundine²⁾ misso jam Eiresionen, de qua in prioribus commentationibus verba facere coepimus, exponamus. Ea adscribitur Homero atque in hymnis Homericis cum reliquis carminibus minoribus Homero tribui solitis, editis ab Ilgenio, Hal. Sax. 1796. p. 101. tertium τῶν ἀσμάτων est, apud Barnesium autem quadragesimum octavum, apud Ernestium et Wolfium quintum decimum, apud Hermannum sextum decimum (in editione hymnorum et epigrammatum, Lips. 1806.). Ilgenius in opusc. suis variis philologicis tom. I. commentatione IV. pag. 129. — 184. Eiresionen Homeri

¹⁾ Quae aliter legit, quam nos dedimus (partic. I. p. 20. II. p. 4.), hic recensere non necesse est, neque aptum videtur, quum arctioribus limitibus nostra commentatio circumscripta sit.

²⁾ Quae grati veris nuntia quam jucunda fuerit Graecis, intelligere potes ex Aristoph. Pac. 798. (800.) Stesichor. apud schol. ad h. l. Av. 39. Schol. (edit. Inverniz. Vol. VI. pag. 522., V. p. 370.) coll. Jacobs anthol. gr. ed. 1794. II. pag. 12. ed. 1813. I. pag. 236. et animadverss. Vol. II. part. I. p. 34. sqq. ed. 1799., coll. Vol. III. part. I. pag. 159. ed. 1817., et Suida v. πύθου χελιδόνος quod quidem proverbium alii a Chelidone deducunt, prodigiorum quodam interprete, alii ex eo repetunt, quod hirundo sit veris nuntia.

apud Herodotum in vita Homeri (edit. Wesseling. pag. 759.) et Suidam (ed. Küster. tom. II. p. 689.) valde corruptam et laceram secundis curis emendatam ita dedit:

Λῶμα προσετραπόμεσθ' ἀνδρός μέγα διναμένοιο,
ὅς μέγα μὲν δύναται, μέγα δὲ πρέπει ὅλβιος αἰτεῖ.
αὐταὶ ἀνακλίνεσθε θύραν πλούτος γάρ ἔσεισι
πολλός, σὺν πλούτῳ δὲ καὶ εὐφροσύνῃ τεθαλυῖα,
5 εἰρήνη τ' ἀγαθή· δόσι δ' ἄγγεα, μεστὰ μὲν εἶη,
κυρβαῖν δ' αἰτεῖ κατὰ καρδόπον ἔρωτα μάζα.
τοῦ παιδὸς δὲ γυνὴ κατὰ διφραγμα βήσεται ὑμνοῖς,
ἡμίονοι δ' ἄξουσι κραταιποδες ἐς τόδε δῶμα·
αὐτὴ δ' ιστὸν ύψαντοι ἐπ' ἡλέκτρῳ βεβανία.
10 νεῦμαί σου, νεῦμαί ἐνιαύσιος, ὥστε χελιδών
ἔστηκ' ἐν προθύροις ψυλῇ πόδας. ἀλλὰ φέρε αἴψα
[γὺν μὲν κριθαίνη, εὐώπιδα, σησαμόεσσαν]
πορσαίων τόνγ' Ἀπόλλωνα Ἀγνία, δόσι τι.

"Ιαυβοί

Εἴ μέν τι δώσεις — εἰ δὲ μὴ, οὐχ ἔστηξομεν.
15 οὐ γάρ συνοικήσοντες ἐνθάδε ἥλθομεν.

Ad domum nos vertimus viri multum potentis,
Qui multum quidem potest, multum autem excellit semper
beatus.

Ipsae patescere fores. Opulentia enim intrat
Magna, cum opulentia vero etiam laetitia uberrima
5 Paxque bona. Quotquot sunt vasa, referta sint.
Pulset vero semper mactrae³⁾ parietes massa.
Filii autem uxori carpento vehatur inter hymnos.
Muli vero eam ducent validis pedibus in hanc domum.
Ipsa telam texat in electro incedens.
10 Redeo tibi, redeo anniversarius, sicut hirundo
Stat in vestibulis gracilis pedibus. Sed affer confestim
[Nunc quidem pultem hordeaceam, pulcram adspectu, sesama
conditam;]

³⁾ Sit venia verbo graeco, dubio apud Petron. 74., coll. Gell. XIII. 24., 7. 8.

Venerans Apollinem viarum praesidem, des aliquid.
 Quod si quid dederis, — sin minus, non stabimus, i. e. non
 morabimur.

15 Non enim vobiscum habitaturi huc venimus.

His ita in latinum sermonem translati, singula dispiciamus.

Pro δύναται v. 2. Suidas habet αὐτεῖ, sonat, magnum sonat, ex quo Küsterus fecit γ' αὐχεῖ, qui se magnifice jactat. Putat tautologiam Herodoteae lectionis tolerari non posse. Sed hanc probe defendit Barnesius, et tautologiae exempla plura affert Ilgenius in editione hymnorum p. 600. 601. Bothius in sua editione Homeri, Odyss. Vol. III. 1835. p. 367. tautologiam ita tollit, ut pro δυναμένοιο scribere malit: δαυνημένου, comissantis.

πρέπει legit Ilgenius et Hermannus v. 2. i. e. insignis est, excellit. Sic Iliad. XII. 104. ὁ δὲ πρέπει καὶ διὰ πάντων, ipse antecellebat omnibus, XVI. 596. ὅλθω τε πλούτῳ τε μετέπρεπε Μυρμιδόνεσσι, opibus divitiisque excellebat Myrmidonibus. Odyss. VIII. 172. μετὰ πρέπει ἀγρομένοισιν, excellit inter congregatos, Odyss. XVIII. 2. μετὰ πρέπει γαστέρι μάργη, excellebat ventre voraci. cfr. Pindar. Pyth. X. 106. πειρῶντι χρυσὸς πρέπει καὶ νόος ὁρθός, exploranti aurum excellit (fulget), et mens recta. βρέμει habet Herodotus et Suidas, sed minus aptum. Significat enim: fremit, non autem, ut vulgo reddunt, superbit. Neque hoc aptum ad captandam benevolentiam. Bothius in sua editione commendat βρόνει, turget, abundat.

Pro αὐταὶ v. 3. Herodotus et Suidas dant αὐτὰρ, sed illud, conjectura Piersoni codice Lips. comprobata, praferendum, etiam receptum ab Ernestio et Wolfio. Ipsae i. e. vestra sponte pateatis. Ita Callimachus hymn. in Apollinem v. 6. 7.

αὐτοὶ νῦν κατοχῆς ἀνακλίνεσθε πυλάων,
 αὐταὶ δὲ κλημδεσ,

ipsa nunc repagula patescite forium, ipsi vectes. Pro ἔξεισι Hermannus habet ἔξεισιν.

κυρβαῖη v. 6. habetur pro adjektivo, sed qualis κυρβαῖη μάζα fuerit, nesciunt interpretes. Nam Pollux in onomastico VI. 11. multa mazae genera recensens non commemorat μάζαν κυρβαῖαν vel κυρβαῖαν,

ut Suidas legit. Ernestius ad Schol. Aristoph. ad Nub. 447. respiciens massam tumidam, elatam supra mactram, qualis solet esse massa subacta, quum a fermento attollitur, intelligit, quia κύρβεις, legum tabulae, dictae sint απὸ τῆς εἰς ὑψος ἀνατάσεως (pro quo legere mavult sine justa caussa ἀνατάσεως). Suidas habet II. p. 400. παρατάσεως atque addit: διὰ τὸ πεκονυφῶσθαι. Barnesius intelligit placentam, quae fuerit κύρβεων δίπη τετράγωνος, quadrangula sicut κύρβεις, legum tabulae. Sunt tamen, qui κύρβεις triangulas, ἄξονας vero quadrangulos fuisse existiment. Cfr. Schol. Apoll. Rhod. Argonaut. 4, 280. Suidas tom. II. p. 400. Politus putat, placentam ex urbe Pamphyliae, Cyrba petitam significari, quae urbs fortasse placentis fuerit celebris. Ceterum dat Suidas κυρκαῖη, quod Barnesio placuit deducere a κυρκᾶν, κυρκανᾶν, i. q. κυρκανᾶν, miscere, ut sit massa depsta, depsticia, dependo subacta. κύρδοπος secundum Etymol. magn. p. 445. est λίθος ἡ μάκτρα τοῦ ἀλεύρου, secundum Suidam II. p. 243. μαγὶς, ἐν ᾧ τοὺς ἄρτους ἔματτον ἡ σκαρίδιον, ἐν ᾧ ἀναμάττειν καὶ ἀναφυργᾶν ἔθος τὰ ἀλφῖτα, sed Suidas in Homeri carmine legit: πατὰ δόρπον, ad coenam. Ilgenius, quia imperativus ἔρπεο post optativum minus aptus est, et ἔρπειν activo, non medio, dicitur, legit: ἔρπεα, septa, parietes mactrae, sicut apud Pind. Nem. X. 68. ἐν ἀγγέων ἔρπεον παμποικίλοις, et κυρβαῖη habet pro 3. pers. optativ. a κύρβημι pro κυρήθημι, i. q. κυρβάζω, arietum more cornibus ferio, arieto. Versum sic interpretatur: arietet semper mactrae septa massa, i. e. tanta se attollat vehementia, ut mactram rumpere minetur, ut mactrae parietes feriat, sicut aries ac pulset. Multa alia conjecterunt alii, quae ex Ilgenio cognoscere licet. Bothius legit ἔρποι Hermannum secutus, quod praecedenti εἴη bene convenit. Versum duodecimum uncis inclusum non habet Herodotus, sed Suidas, verum alio loco, post versum sextum, ubi etiam Ilgenius in editione hymnorum pag. 101. mutata sua de loco hujus versus sententia, sed ita a Porto commutatum exhibit, ut prioribus respondeat:

νῦν μὲν κυρθαῖη, εὐώπις, σησαμόεσσα,

h. e. pulset vasis parietes massa hordeacea, pulcra et sesama condita. Bothius non mutatum post versum sextum collocat, et ἀσύστατον dicit. Ceterum spurium eum judicat Ilgenius Var. opusc. I. p. 162.,

et additamentum esse puerorum, qui contra magistri, a quo carmen didicerant, voluntatem quid sibi dari vellent, praescripserint. Accusativi, si versus post undecimum ponitur, pendent ex φέρε, affer. Hermannus versum sextum et septimum ita exhibit:

κνοθαῖη δ' αἰεὶ πατὰ παρδόπου ἔρπει μάζα
τὸν μὲν ποιθαῖν, εὐώπιδα, σησαμόεσσαν,
sed mendis médelam affert facilitate magis commendatam ea, quam Ilgenius suadet. Dicit enim, fortasse sic legendum esse:

πνοκαῖη δ' αἰεὶ πατὰ παρδόπου ἔρπει μάζα
ἔμμεν ποιθαῖν, εὐώπιδα, σησαμόεσσαν,
ignis semper serpe circa mactram, massa ut sit hordeacea pulera et sesama condita i. e. ignis mactram calefaciat, ut semper placenta suppetat. Minus adeo violenta esset emendatio, si quis legeret:

κνοθαῖη δ' αἰεὶ πατὰ παρδόπου ἔρπει μάζα,
ἔμμεν ποιθαῖν εὐώπιδα, σησαμόεσσαν,
turgida massa semper serpe per mactram, (serpens quasi te attolle, sursum repe), ut sit placenta hordeacea (ποιθαῖα substantive) pulera et sesáma condita. Recte quidem Ilgenius, a κνοθαῖς, inquit, nemo ex analogia adjективum κνοθαῖη duxerit. Sed quia κνοθαῖς, (quod sing. num. tantum Aristoph. Nub. v. 447. legitur, de legulejo, qui non nisi legum peritus est, has vero deblaterare novit, ita memoriae suae inscriptas habet ut κνοθαῖς), jam a veteribus a voce κόρυψ, κόρυμβος, κόρυφή deducitur, pro κόρυμβος vero etiam κόρύμβη, summum, vertex dicitur, non improbable est, κνοθαῖος pro κόρυμβαιος sive κόρυφαιος dici ita, ut sit κνοθαῖη massa, quae summum petit atque turget, in primis quum κνοθαῖει dici per syncopen pro κορύφαιει scholiastes ad Apoll. Rhod. Argonaut. 4, 280. commemoret, et vertex massae, summa pars massae serpat per mactram, dum marginem ejus transcendentis tarde in exteriore parte derepit, quando massa fermentata intumescit et exuberat. Similiter de Corybantibus, Cybeles sacerdotibus, Κύρβας legitur pro Κορύβας apud Orpheum hymn. 39. 2. et Lyco- phronem in Cassandra v. 78., cujus verba haec sunt:

λιπὼν ἐργυνὸν πτίσμα Κυρβάντων σάον,
relinquens munitum Corybantum aedificium Saum.

Κύρβεις etiam ab his nomen duxisse dicit scholiastes Aristophanis, quorum inventum fuisse Theopompus testetur in libro περὶ εὐσεβίας. Cfr. Io. Scapulae Lexicon graeco-lat. Basil. 1665. pag. 852. Aliis legere placet γυραιή, quod tamen etiam a vocabulo in ἡς exeunte dundum est, a γῦναις, pollēn, vel τυρβαῖη a τύρβη, strepitus, tumultus, voce cognata cum θόρυβος, ut sit massa tumultuosa. Pavius scribit: πῦρ καὶ δάκρις, κατὰ δόρπου ἔρη μάζα, ignis semper ardeat, ad coenam repat massa.

εὐῶπις est pulcra adspectu, prop. pulcris oculis instructa.

σησαμόεσσα est Hesychio ἐν σησάμῃ κατεσκενασμένη μάζα; σησάμη est planta orientalis, ex cuius fructu (σησαμων dicitur) oleum exprimitur, et cuius semen coctum comeditur; σησαμῆ, mixtura ex tostis et contusis sesami granis et melle, cupediae Atheniensium, quae in nuptiis convivis advenientibus porrigebantur, Aristoph. in Pace v. 869. Thesm. 570. (ed. Invern. VI. p. 533. 534. VIII. p. 400. 401.) Apicius sesamum et papaver refert ad semina condimentaria. Videtur illud σησαμόεσσαν spectare ad nuptias v. 7. indicatas. Etiam Athenaeus III. c. 27. p. 110. et 111., et XIV. c. 14. p. 646., sesamae mentionem facit et placentarum ex ea et melle factarum, nec minus Julius Pollux in onomastico lib. VI c. 11. sesamam et panem sesamitam, placentam sesama conditam, quae σησαμοῦς nuncupatur, memorat.

Κατὰ δίφραν βήσεται ὕμνοις. Herodotus, quem Hermannus secutus est, habet: κατὰ δίφραδα βήσεται ὕμνιν, Suidas: κατὰ δίφρα καταβήσεται ὕμνειν, ex quo Küsterus fecit: γννὴ δίφρων ἐπιβήσεται ὕμνιγ. Barnesii ea emendatio est, quam exhibet Ilgenius; δίφραξ secundum Hesychium est κλινήρ, θρόνος γυναικείος, lectulus, sella mulierum. Pro ὕμνιν vero, quod Bothius servat, ex Suidae lectione fecit Ilgenius ὕμνοις, quum ὕμνιν langueat, et intelligit per δίφραν sedem in carpento, quo sponsae a canentibus in domum sponsi ducebantur, vid. Iliad. XVIII. 493. πολὺς δὲ ὕμέναιος ὁρώμει, multus hymenaeus sonabat, et alios locos ab Ilgenio laudatos. Cantus dicebatur ἀρμάτειον μέλος, de quo Etymologicum magnum p. 131. 132. ita refert: ἔργηται ἀρμάτειον μέλος, ὅτι τὸ πάλαιον τὰς παρθένους γαμονυμένας ἐπὶ ὄχηματος ἤγον τὸν ὕμέναιον ἀπὸ τοῦ φέροντος τὴν νύμφην μέλος ἀρμά-

τειον ἐκάλον. Sed idem alias hujus vocabuli interpretationes addit. Suidas (II. p. 4.) rem accuratissime exponens cantus mentionem non facit. Narrat autem, sponsam sera vespera in domum sponsi deducendam medium in curru sedisse inter sponsum et parochum, amicum vel cognatum honoratissimum, qui ab ὄχημα, currus, et παρὰ juxta, parochus,⁴⁾ i. e. juxta in curru sedens, nominabatur, cuius etiam Etym. magn. mentionem facit. Ceterum Hermannus poetam beatae domus mollitiem describentem ita dixisse existimat:

τοῦ παιδός δὲ γυνὴ κατὰ δίφρανα βῆσται ὑπνεῖν,
ea sellam concendet dormitura. ὑπνος et ὑμνος saepe confundi, notum, sed verbum ὑπνεῖν dubiae auctoritatis est. Neque de sella dormitoria h. l. sermonem esse, ex versu, qui sequitur, patere videtur.

ημίονοι ἄξονοι. Suidam habere vitiose αὐξονοι dicit Ilgenius in Var. opusc. I. p. 155. et in editione hymnorūm p. 603. Nos quidem in Suida (edit. Küsteri) legimus ἄξονοι, neque ibi commemoratur, vitium αὐξονοι correctum esse. Sed in vetere editione, quae Mediolani MCCCCCLXXXIX typis excussa est, αὐξονοι impressum reperimus.

αὐτὴν δὲ ιστὸν ὑφαίνοι ἐπὶ ἡλέκτρῳ βεβανίᾳ v. 9. Apud Herodotum nonnulli legunt: *ὑφαίνοι ιστὸν.* Ultima verba probabiliter interpretatur Ilgenius ita: dum insidet electro, h. e. sellae electri tessellis, fulcris electreis conspicuae. Intelligendum est electrum succinum, ex quo veteres faciebant λαβάς μαχαιρίας, manubria cultris, πόδας ψίνας, pedes lecticis et alia ornamenta. Secundum Eustathium ad. Odyss. IV. 73. (ed. Weigel p. 147.) est ἡλεκτρος μίγμα τι χρυσοῦ καὶ ἀργύρου, ἀρ ὁ δὲ καὶ λαβαὶ μαχαιρίας γίνονται, cfr. Schol. Aristoph. ad Equit. 532. (ed. Invern. VI. p. 146. sqq.). Sed quia vulgo mulieres texentes incedere solebant, idque ἐπιβαίνειν proprie significat, reddere mavult Ilgenius: electreo radio eam aggrediens (telam). Electrum ei h. l. metallum est, non succinum, quod per metonymiam significet *ψερίδα*,

⁴⁾ Apud Ciceronem (ad Attic. XIII. 2.) et Horatium (serm. I. 5., 46.) parochus est is, qui peregrinos civitatis nomine hospitio excipit, et iis, quibus indigent, praebet, vel (Horat. serm. II. 8., 36.), qui convivium aliis comparat, a παρέχειν, praebere. Sermo ecclesiasticus eum parochum dicit, qui praeest parochiae, i. e. *παροικία*, coetu ad deum colendum conjuncto. Inde factum est nostrum.: Pfarrer.

i. e. pectinem textorum ex electro metallo factum. Facilior est Bothii explicatio: incedens in electro, quo' pavimentum conclavis, utpote in domo opulentissima, distinctum est. Ilgenius, qui hujus interpretationis etiam mentionem facit, veretur, ut pavimentum domus apud ullum ditiorum illa aetate electro ornatum fuerit, etiamsi alia omnia auro fulgerent. Suidas versum ita legit:

αὐτὴν δὲ ὑφανίσταντον ἀστράφεις βεβηκυῖα,
ipsa telam texe ad lectum accedens.

Versum decimum idem non minus vitiouse ita dat:

νεῦμα (sic) τι τοι, εῦματοι⁵⁾, ἐνιαύσιος ἔσται χελιδών.

Hermannus ex codice Lips. dat; νεῦμα τοι, νεῦμα etc. Ex hoc versu in primis patet, illam cantiunculam admodum similem esse iis, quibus hodie aestatem advenientem salutant. Nam quod dicit cantor, se quotannis redditum, hoc ritum talem indicat, quem hodie obseruant pueri puellaeque aestatis adventum celebrantes simulque mendicantes. Nam id quotannis repetunt. Comparatio cum hirundine etiam tempus prodere videtur, quo talia carmina canere solebant. Redibant enim sicut hirundines, quod idem esse videtur, ac: cum hirundinibus, tempore incipientis veris.

Ἐστηξ' pro ἔστηξ sc. χελιδών, quae habet pedes gracie, ψυλὸς πόδας. Barnesius scripsit: Ἐστηξ ψυλὸς πόδας et reddit: sto in vestibulo nudus pedibus, sed virum doctissimum non tenuisse notionem vocabuli ψυλὸς, monet Ilgenius, Opusc. pag. 160. et in editione hymnorum Homeri pag. 603. 604. addens: „ψυλὸς πόδας Ἐστηξ esset: „pedibus solum sto (ich stehe nur, bloss (tantum, non nisi) mit den „Füssen.“ Sed quum ψυλὸς ἄπος Xenoph. de re equ. VII. 5. sit equus sine ephippio, non patet, cur ψυλὸς esse non possit homo sine vestibus, ergo ψυλὸς πόδας, homo sine calceis. Ilgenius Barnesio injuriam fecisse videtur et Barnesii conjectura eo commendatur, quod, si accurate rem perpendimus, non in vestibulis stare solet hirundo, nisi per πρόθυρον velis portam exteriorem intelligere, cui hirundo nidum fortasse agglutinat.

⁵⁾ Num fortasse est: bene cupide, a μάῶ, μαίουμαι deducendum, Hom. Cer. 44.? Redeo tibi cupide; annua erit hirundo.

Hic autem in Herodoti carmine lacuna est, quam etiam habet Ernestius. Finiunt enim his duobus versibus:

Ἐστηκέν προθύροις (προθύροισι Ern.) καὶ εἰ μέν τι δώσεις εἰ δὲ μή,
οὐδέ ἐστιξόμεν. οὐ γάρ συνοικήσοντες (συνοικήσοντε Ern.) ἐνθάδ' ἥλθομεν.

Quae vero desunt, Ilgenius ex Suida supplevit, qui quidem perperam ita explet:

Ἐστηκέ πρὸ θύρης ψιλὴ πόδας· ἀλλὰ φέρει αἴρα
πέρσαι τῶν Ἀπόλλωνι γνάτιδος. καὶ εἰ μέν τι δώσεις εἰ δὲ μή,
quem postremum versum usque ad γνάτιδος Bothius et Hermannus,
qualem Suidas habet, exhibent. Sed legunt τῷ pro τῶν. καὶ dat Her-
mannus, omisit Bothius. Ex Suidae corruptissimis verbis Ilgenius versum
tertium decimum restituit, sicut eum dedimus, hoc sensu: age vero,
hunc Apollinem, viarum praesidem veneratus, da quidpiam. De Apol-
line viarum praeside legimus haec in Macrobii Saturnal. I. 9. „apud
„Graecos Apollo colitur, qui Θυραιῶς vocatur, ejusque aras ante fores
„suas celebrant, ipsum exitus et introitus demonstrantes potentem. Idem
„Apollo apud illos et Ἀγνεύς nuncupatur, quasi viis praepositus urbanis.
„Illi enim vias, quae intra pomoeria sunt, ἀγνίας appellant.“ Notum
inde factum Homericum εὐρνάγνια Τροίη II. IX. 28. Cfr. Eurip. Phoeniss.
634. Aristoph. vesp. 907. (ed. Inv. VII. p. 498. sqq.) Hor. Od. IV. 6.,
28. Ex πέρσαι τῶν fecit Ilgenius πορσαίνων⁶), et metrum ut constaret,
inseruit τόνγρις quasi δευτικῶς, Plauti exemplum Bacch. II. 1. 3. laudans,
et ex ultimis syllabis τίδος ingeniose restituit δός τι. Olim conjecterat
δεινόν, epitheton Apollini saepius ab Homero datum. Proposuit etiam
hanc conjecturam:

πορσαίνων τῷγρις Ἀπόλλωνι Ἀγνεύς δωττιν vel δωτύν.

Nam δωτύς apud Suidam I. p. 625. explicatur: ἡ τροφή. Sed hoc
vocabulum admodum dubium est, quum probabile sit, quod suspicabatur Küsterus, scribendum esse ἐδητύς, pro quo quum Suidas in
corrupto aliquo codice scriptum invenerit δητύς vel δωτύς, hoc eum
temere in suos libellos retulisse censem. Ex eo receperunt lexica.

⁶) πορσαίνειν i. q. πορσύνειν. δαιμονα πορσαίνειν, deum colere, Apoll.
Rhod. II. 721. Θεόν ὡς πορσαίνειν, ibid. III. 1123.

Hermannus ita legendum esse conjectit:

ἀλλὰ φέρ' αἴγα
ζέματα ὁ Απόλλων ἀγνιάτη δὸς ἐνείκας,
sed agedum

nummos Apollini, viarum tutori da allatos.

Ultima v. 14. et 15., quae jambico metro scripta sunt, nonnullis interponendis Ilgenius ad hexametros revocare tentaverat, sed hoc omisit, quum haec a pueris tunc tantum addita esse secum reputaret, quum ut aliquid acciperent, timendum esset, et verisimile esse, hos versus ad ipsum carmen non pertinuisse. Dedit ea, uti habent Casaubonus ad Athen. VIII. p. 629. et Valckenarius ad Herodot. VIII. 62. (edit. Wesseling. p. 646.), qui ellipsis post δώσεις, cui simillima reperitur in loco Herodoteo, inter elegantiores refert. Supplendum est in utroque loco: bene erit, *καλῶς* vel *εὖ ἀνέχοι*. Ultima addendo et detrahendo a Barnesio satis audacter restituta editio Ilgenii p. 604. ita dat:

ἔστηκα πρὸ θυρέων μετ' Ἀγνιέος Ἀπόλλωνος
ἔστηκα πρὸ θυρέων ψιλὸς πόδας. ἀλλὰ φέρ' αἴγα,
αἴγα φέρ', εἰ δώσεις τι. καὶ εἰ δώσεις τι μενοῦμεν.
εἴ δὲ μή, φύγομεθ'. οὐδὲ συνοικήσοντε πάρεσμεν.

Hoc vero carmen Herodotus narrat ab Homero in Samo insula hibernante interlunii tempore vel Calendis cantatum esse, dum adiret aedes opulentorum, ut stipem colligeret ducente eum et comitante cetera puerorum indigenarum, postea autem a pueris Samiis diu repetitum esse, quoties in festo Apollinis stipem colligerent. Sed jure statuunt harum rerum periti, carmen non esse Homeri, sed alias poetae, non quidem inepti, qui vel ostiatim cecinerit, vel pueros canere docuerit. Neque id tempore intermenstruo seu quolibet mense repetitum esse censemus, sed quotannis, ut nostri pueri cantantes aestatem (Sommerkinder) facere solent, sub aestatis initium, ob versum decimum. Homerum autem mendicum urbes perlustrasse stipemque ostiatim canendo rogasse, plane negat Ilgenius (opusc. var. phil. I. pag. 132. 133. 134.) caussamque fabulae fictae hanc sibi reperisse visus est, quod ingentem Homeri admirationem hominibus excitaturi praestantissima

ejus carmina non a coeco solum, sed etiam a mendico esse compo-
sita excogitaverint. Vellejus Paterculus vero (I. 5.), si quis Homerum
coecum genitum putet, eum omnibus sensibus orbum esse dicit. Ex
Platone (in Phaedro, edit. Astii tom. I. pag. 162. coll. tom. X. p.
355. 56.) eum, quod maledixerit Helenae, lumine oculorum privatum
esse, conjiciunt. Herodotus in vita Homeri c. 8. auctor est, Homerum
in itinere, quum Colophonem venisset, vetere oculorum morbo reverso
privatum esse visu, et ex Colophone coecum abisse Smyrnam et ad
poesin accessisse, ac primum carmen pronunciasse in Cymaeorum colonia,
quae appellabatur *Néov τεῖχος*, novus murus, stantem coram officina co-
riariorum, cui nomen fuerit Tychio, quo sibi hospitium expeteret, quod illum
ei praestitisse narrat, postea eum pluribus cantilenis adisse divites, ut
victum sibi suppeditarent. Secundum Plutarchi vitam Homeri (init.)
Melesigenes nominatus est, quia apud fluvium Meletem in Ionia natus,
Homerus autem, quod visu orbatus sit; sic enim appellare inquit, Cy-
maeos et Iones coecos παρὰ τὸ δεῖσθαι τῶν ὄμηρευόντων, ὃ εστι ιγρου-
μένων. Ilgenius (var. opusc. I p. 164.) suspicatur, vocabulum ὄμηρος
per metathesin ortum esse ex μήρος, qui non videt. Alii interpre-
tantur: poeta, musicus, ex ὄμον et ἄρω vel ρέω, concinnus, consonans,
una fluens, unde ὄμηρεύειν factum sit, quod Hesychio interprete est:
συμφωνεῖν. Ex eo etiam intelligitur, posse duces, vel comites, quales
habere opus est coecis, ὄμηρεύοντες dici, ut Plutarchus refert. Nam
comites nobiscum eundo consoni sunt. Nonnulli narrant, eum Homerum
appellatum esse, quia pater ejus a Cypriis obses (ὅμηρος) datus
sit Persis. Homerum a veteribus pauperem habitum fuisse, ex notis
Ovidii versibus (trist. IV. 10. v. 21. 22.) apparent:

Saepe pater dixit: studium quid inutile tentas?

Maeonides nullas ipse reliquit opes.

Atque hoc negari non potest, Homerum per Graeciam iter fa-
cientem pro more sui temporis mercede accepta carmina sua cecinisse,
idque in publicis conventibus auditorum nobilissimorum corona stipatum,
quod refert auctor certam. Hom. et Hesiod. p. 245. 246. (edit. He-
siod. Robinson. 1737.) τιμηθεὶς δὲ μεγάλως (Corinthi) παραγίνεται εἰς Αρ-
γος. Τῶν Αργείων οἱ προεστηκότες αὐτὸν μὲν πολυτελέσι δωρεαῖς ἐτιμοσαν.

Quae quum ita sint exposita, satis intelligitur, hodiernum morem aestatem cantu salutandi stipemque rogandi jam antiquissimis temporibus viguisse, id, quod Jo. Gebhardus, Corrector olim Gymnasii Elisabetani Vratislaviensis, originem moris, quo alumni orphanotrophei Vratislaviae quotannis arbusculam panneis segmentis variique tomenti flocculis atque coronis exornatam stipis colligendae caussa in publicum proferebant, expositurus jam observavit, vid. ejus Programma de *εἰρεσιώνῃ*, quo anno 1671. actum scholasticum d. V. Cal. Jun. habitum annunciat, et novellam de *εἰρεσιώνῃ* ad Jo. Ullmannum missam. Comparat etiam nostram Eiresionem I. M. Firmenichius, qui *τραγούδια ρωμαιών* Berolini priore anno edidit, p. 92. cum cantilena quadam recentiorum temporum, qua graeci pueri hodie diem Sancto Basilio sacrum celebrantes domos singulas adeunt stipem rogantes, quae tamen cum Homericō carmine parum consentit, et tantum propterea hic commemoranda est, quod morem antiquum etiamsi carmine mutato adhuc a populo graeco teneri probat.

Præcipua quaedam similitudo antiqui moris cum recentissimo in eo inest, quod uterque consilium habet avertendi mali. Nam antiqua solemnia Eiresiones instituta erant ad averruncandam famem et pestem, de qua re jam supra (part. II. p. 11.) locum Etymologici magni edit. 1816. p. 275. laudavimus, in quo etiam haec leguntur: *Αὐξόγος δέ φησιν ἀφορίας γενομένης Αθηναῖοις τοῦτο ἐπιτελεσθῆναι κατὰ χρησμὸν οἴον ἵετηρίας.* Ergo propter agri sterilitatem mos inductus est. Idem Suidas II. pag. 28. dicit ex schol. Aristoph. ad Equit. v. 739. *Κράτης δὲ οἱ Αθηναῖοι ἐν τῷ περὶ τῶν Αθήνησι θυσιῶν ἀφορίας ποτὲ κατασχόντης τὴν πόλιν θαλλὸν καταστέψαντας ἐρίοις, ἵετηρίαν ἀναθεῖναι τῷ Απόλλωνι.* Etiam *Προηρόσια* originem duxisse ex pestilentia universum terrarum orbem vexante (*λοιμῷ πᾶσαν τὴν γῆν κατασχόντος*, Suid. II. pag. 29.), quam oraculo moniti aversuri erant, notum est, ac quantum spei inesse putaverint ramo recentissimo tempore per plateas portari solito, jam partic. I. pag. 15. 16. commemoravimus. Nec minus de chelidonismate accepimus, morem illum a Cleobulo Lindio, qui ex septem sapientibus erat, quum Lindiorum civitas opum penuria laboraret et necessitas esset colligendae pecuniae, institutum fuisse (*χρείας γενομένης συλλογῆς χρημάτων*, Athen. VIII. c. 15. p. 360.).

Alia cognoscitur similitudo in praemiis, quae pueris cantantibus dari solebant solentque. Munera enim olim erant, ut ex cantilenis illis intelligere licet, offae ex sicibus factae, vinum, caseus, panis triticenus ac pisinus, puls hordeacea et placenta mellita. Hodie sunt spirae pistoreae in primis et elixa legumina. Cygneae, ut Hilscherus in dissertatione de ritu Dominicae Laetare, quem vulgo appellant den Tod austreiben, Lips. 1690. §. 19. refert, complicatis panibus et frictis pisis donari solebant. Jo. Bohemus de moribus gentium lib. III. c. 15. p. 269. pueros, ait, lacte, pisis siccatisque piris refectos domum remitti, et Gebhardus l. 1., Vratislaviae in fabarum inopia fricta distribui pisa, sed hunc morem inter cives suae urbis, quum scriberet (anno post Christum MDCLXXI), jam valde obsolescere, se vero juvete diligentissime observatum fuisse. Mendicantes etiam accepisse nostro tempore liba mellita et semicocta pisa, legimus in ephemerid. germ. 1788. I. pag. 569. coll. 570. 571. Graecos autem novimus in festo Pyanepsiortum, in quo vulgo putant circumgestatam esse Eiresionen, quod tamen Ilgenius pluribus argumentis inductus negavit (vid. nostrae commentationis part. II. pag. 13.), legumina ac fabas solemni more apparasse ac comedisse, nomenque festi et mensis, quo celebrabatur, a voce πάραρος, i. e. a faba, et ἐψειν, coquere, deducendum esse. Spirae pistoriae, quas saepius pueri rogarunt, v. c. partic. II. pag. 3., respondent Graecorum ἄρτοις πίσι, qui pendebant ex Eiresione, et placentis omnis generis, quas canentes appetebant⁷⁾.

⁷⁾ Germanicum spirarum nomen (Brezeln, ut vulgarem morem secuti partic. II. p. 3. scripsimus, sive Pretzeln, quod rectius videtur,) nonnulli ducunt a preculis, quibus illae petuntur, sed aptius est, nomen ducere ex latino pretiolum, praemium exiguum, quia tanquam praemia festo Gregorii olim scholarum alumnis a patronis impertiri solebant. Novit jam Athenaeus placentae genus, quod spiram vocabant. σπίρα· ναὶ οὐρος ἐξ τυροῦ γίνεται (deipn. XIV. 15. p. 647.), quod quidem vocabulum in pluribus lexicis frustra quaesivimus. Scapulae dictionarium pag. 1438. sub voce σπέίρα, linea flexuosa, dicit, esse etiam genus operis pistorii eodem modo formatum, sed in aliis hanc significationem desideravimus. Ejusmodi cupediis pueros Romanorum ad studium discendi a magistris excitatos esse, Horatius commenmorat serm. lib. I. 1., 25. 26.

ut pueris olim dant crustula blandi

Doctores, elementa velint ut discere prima.

Simillima etiam est felicitatis futurae praedicatio in chelidonisme et HomERICA Eiresione atque in cantilenis nostri populi, quas dedimus partic. I. pag. 6. 7. 8. 9. 10., et partic. II. p. 3. 14. 15., quamquam in chelidonismate minis potius, quam longa bonorum appreciatione; quae ibi brevissima est (*μέγα γε δή τι καὶ φέροις*), benevolentiam excitare conantur. Ergo non tantum mos ipse mori antiquissimo admodum similis est, sed etiam magna ex parte argumenta carminum. Nam quicquid vulgo pro bono habetur, fautoribus, a quibus stipem petunt, optant, atque tempus laetum cantu exornant, ut benevolorum animos ad liberalitatem commoveant. Maxime conspicua reperitur similitudo, si carminis particula II. p. 3. prolati versus 13. et 14.

Wir wünschen der Tochter einen Bräutigam gut,

Der sie von Herzen lieben thut,
comparamus cum his versibus (10. 11.) coronismatis partic. II. pag.
8. 9. paucis verbis laudati:

*Θεοί, γένοιτο πάντ' ἀμεμπτος ή κούρης
πάρνειον ἄνδρα κώνουμαστὸν ἔξενόροι,
οἱ Διοι! in omnibus sit noxae immunis puella,
et opulentum celebremque inveniat maritum.*

Nec dissimilis est ratio, qua in Eiresione v. 7. 8. 9. filii praedicator felicitas, cui splendida pompa uxor adducitur, ipsum sedulitate domestica beans.

Quod autem Cygneae eadem arbore vel ramo ad hoc festum saepius celebrandum usi sunt (vid. ephemerid. germ. 1788. I. p. 567.), hoc apud Graecos non solebat fieri. Nam Suidas (II. 29.) dicit: *καὶ ἔτος αὐτὴν* (Eiresionen) *ῆλλαττον*, igitur quotannis alium ad hanc rem adhibuerunt, atque in Aristophanis Pluto Chremylus v. 1054. et 1055. (ed. Invern. I. p. 88.) de annu quadam dicit:

*ἔτη γὰρ αὐτὴν εἰς μόνος σπυρθῆσθαι λάβῃ,
ώσπερ παλαιὰν εἰρεσιώνην καύσεται.
quodsi una tantum scintilla eam corripuerit,
eam ut vetustam eiresionen comburet,
unde appetet, illas vulgo combustas esse.*

Denique non negligendum est, quod in Eiresione v. 10.

et in germanica cantilena part. II. p. 3. allata v. 16.
Heute über's Jahr sind wir wieder do,
eadem inest declaratio, canentes anno exacto reddituros esse.

Etiam in eo similitudo observatur, quod in chelidonismate canentes misericordiam movere student his ultimis verbis:

οὐ γὰρ γέγοντες ἔσται, ἀλλὰ παύει,
sicut pueri nostratiū in carmine partic. I. pag. 8. exhibito ita queruntur:

Denn unsre Händ' und Füsse

Werden uns allzukalt.

Eiusmodi ad misericordiam incitationem etiam in Eiresione v. 11. habes, si cum Barnesio legis: *ἔστηκα ψυλὸς πόδας, sto nudis pedibus.*

Sed nunc observantissime nobis rogandi sunt omnes omnium ordinum Gymnasii fautores, ut anniversaria solemnia Rudolpho Ferdinando Libero Baroni a Sylverstain et Pilnickau sacra perendie nobiscum concelebrare velint, quorum haec erit institutio.

Oratione a nobis habita, qua, quae officia nobis inculcat pollicitatio Christi, se religionem a se conditam semper servaturum esse, demonstrabimus, tres adolescentes, qui beneficiis Sylverstainianis nunc fruuntur, verba facient:

Carolus Hermannus Finster, civis secundae classis, de optima ratione, praeceptis scholae satisfaciendi,

Adalbertus Oscarus Mortimerus Kistenmacher, nunc Sprottaviensis, sed Hirschbergae natus, tertiae classi adscriptus, de proverbio nostro: qui non progreditur, is retrocedit, et denique

Carolus Ludovicus Frölich, Tzschrndorpio-Saganus, tiro quartae classis, de immensa utilitate, quam beneficia etiam posteris praestant.

Omnes patro sermone utemur.

P. P. die XIX. Junii MDCCCXLI.

-amobido ni o
et in germanica
eadem inest dec
Etiam in e
misericordiam n
sicut pueri nost
runtur:

Ejusmodi ad m
habes, si cum B
Sed nunc
ordinum Gymna
Ferdinando
sacra perendie n
Oratione a
pollicitatio C
per servatur
beneficiis Sylver


Carolus
optima ratio

Adalbert
nunc Sprottavier
de proverbio
et denique

Carolus
quartae classis,
posterioris p
Omnes pati
P. P. die XIX

© The Tiffen Company, 2007

TIFFEN® Gray Scale



da emillim
parfume H te elem
do, obne amib
os esse mancip
donismate canentes
, omnia rati
, sumis in homin
exhibitio ita que
b, unq be
redit be
mo i, qdillim
Eiresione v. 11.
sto nudis pedibus.
t' omnes omnium
nnia Rudolpho
n et Pilnickau
haec erit institutio.
nobis inculcet
onditam sem
adolescentes, qui
nt:
undae classis, de
aciendi,
istenmacher,
classi adscriptus,
is retrocedit,
rpio-Saganus, tiro
eneficia etiam

ono
uno
lla, obneque abne
on supine
Dermat